



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. IV. De Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

steriore verò casu, si Simonia, etsi mentali tantum, sit annexa iniustitia, cum opere secuto, quia exter- num actum adjunctum habet, oritur obligatio res- tituendi ex jure naturali, cit. n. 190. ubi id magis de- claratur.

SERIES CAPITULORUM.

- | | |
|---------------------------|-----------------------------|
| IN ANTIQUIS. | c. 28. n. 106. |
| c. 1. n. 16. & 19. | c. 29. n. 40. |
| c. 2. n. 168. | c. 30. n. 66. & seq. |
| c. 3. n. 145. | c. 31. n. 147. 149. 150. |
| c. 4. n. 144. | & seq. |
| c. 5. n. 145. | c. 32. n. 149. & duobus |
| c. 6. n. 146. | seqq. |
| c. 7. n. 143. | c. 33. n. 102. & seq. |
| c. 8. rum. 31. & seq. & | c. 34. n. 88. |
| n. 76. | c. 35. n. 24. |
| c. 9. n. 33. & 76. | c. 36. n. 37. & seq. |
| c. 10. n. 34. | c. 37. n. 22. |
| c. 11. n. 165. & n. 181. | c. 38. n. 48. & 111. |
| & seq. | c. 39. n. 41. |
| c. 12. n. 85. & seq. | c. 40. n. 68. & seq. |
| c. 13. n. 166. | c. 41. n. 79. & seq. |
| c. 14. §. Nec quemquam. | c. 42. n. 81. |
| n. 45. & in princ. n. 57. | c. 43. n. 90. & seq. |
| c. 15. n. 28. | c. 44. n. 158. & duobus |
| c. 16. n. 35. | seqq. |
| c. 17. n. 82. & seq. | c. 45. & ult. n. 127. 129. |
| c. 18. n. 131. & 133. & | & 190. |
| seq. | IN EXTRAVAGANTIBUS |
| c. 19. n. 62. & seq. | Communibus. |
| c. 20. n. 20. & seq. | Extrav. 1. in princ. n. 60. |
| c. 21. n. 39. | & §. Nos enim. n. 70. |
| c. 22. n. 161. | & seq. |
| c. 23. n. 93. & seq. | Extravag. 2. in princ. §. |
| c. 24. n. 50. | Statuentes præterea, & |
| c. 25. n. 64. & seq. | §. seq. & fin. n. 145. §. |
| c. 26. n. 95. & seq. | Per electiones. n. 99. & |
| c. 27. n. 97. 98. & 100. | duobus seqq. |

TITVLVS IV.

NE PRÆLATI VICES SUAS, VEL
Ecclesias sub annuo censu concedant.

§. Unic. An. & sub qua pena prohibitum sit Prælati vi- ces suas, id est, jurisdictionem suam sub annuo censu, siue redditu concedere, & an etiam proventus Ecclesia- rum sub annuo censu locari possint?

Ad priorem questionem respondetur, qui pecu- niam dant, ut Episcopalem, seu spirituales jurisdi- ctionem exerceant, privantur officio suo, & Episco- pi, qui vendiderant, amittunt potestatem conferen- di tale officium, c. Præterea. 1. h. t. n. 1. Etsi verò E- piscopus, vel alius similis Prælati sit simoniacus, si alicui, pretio recepto, vices suas, id est, jurisdictio- nem Ecclesiasticam committat: non tamen Vica- rius, vel alius ab Episcopo constitutus, ut vice ipsius jurisdictionem exerceat, si pro illo officio pecuniam accipiat, Simoniam committit, n. 2. Similiter Epi- scopi, & Archidiaconi, qui ad agendas vices suas, & causas Ecclesiasticas terminandas, annum censum solvant, removendi sunt à Clero, & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & permittit, judicia Ecclesiastica pervertit, Canonice puniatur, id est, penâ depo- sitionis, c. Quoniam. 2. h. t. n. 3. Item Ecclesiæ regimen non debet Sacerdotibus committi sub annuo censu, c. Quoniam. 3. h. t. n. 4. De posteriore questione agitur in c. Querelam. 4. & ult. h. t. ubi statuitur, quod fructus, & obventiones Ecclesiæ possunt locari ad certum tempus, v. g. ad septennium pro certo annuo censu: & si conventum fuerit, intra illud tempus non auferre, standum est promissis, nec potest au- ferri, n. 5. Utrum hodie prohibeantur, non solum res, & bona Ecclesiæ, sed etiam fructus, seu redditus Ecclesiæ, seu beneficii locari ultra triennium, num. 6. An fructus, seu proventus Ecclesiarum provenien- tes ex jurisdictione Ecclesiastica possint vendi, vel ipsa etiam Episcopalis, vel spiritualis, num. 7. & 8. Nullo modo est Simonia, quod Pontifex exigit, ut solvantur Annate, hoc est, integri fructus primi an- ni, qui ex Episcopatibus, Prælatibus, aliisque bene- ficiis vacantibus exiguntur, quia id non est contra Ius Divinum, neque Ecclesiasticum, sed ex justè, ac rationabiliter exiguntur, n. 9. & 10.

SERIES CAPITULORUM.

- | | |
|--------------|----------------------|
| IN ANTIQUIS. | c. 3. n. 4. |
| c. 1. n. 1. | c. 4. & ult. num. 5. |
| c. 2. n. 3. | & 8. |

TITVLVS V.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID
exigatur pro licentia docendi.

§. I. An, & quinam Magistri constituendi sint ad do- cendum in Ecclesiis Cathedralibus, & an licitum sit aliquid exigere, vel accipere pro li- centia docendi?

Ecclesia Cathedralis debet providere de Magi- stro, qui Clericos ejusdem Ecclesiæ, & alios paupe- res Scholares gratis doceat, eique competens bene- ficiam conferatur. Item nullus pro licentia docendi pretium exigit, nec sub prætextu alicujus consuetu- dinis, ab eis, qui docent, aliquid petat: nec aliquem, qui sit idoneus, petita licentiâ, docere prohibeat, vel impediat: qui autem contra hoc facere præsum- pserit, beneficio suo privari debet, c. 1. h. t. n. 1. & 2. Præterea pretium exactum pro licentia docendi est restituendum, & promissum remittendum. Item si is, qui tenetur, non instituit in locis debitis Magi- stros, Episcopus præficere debet viros idoneos ad in- structionem aliorum, appellatione postpositâ, c. Prohibens. 2. h. t. n. 3. Similiter ne quis pro licentia docendi exigit pecuniam, prohibetur sub penâ ex- communicationis, & privationis officij, & dignita- tis, etiam si hoc habeat consuetudo, c. Quanto. 3. h. t. n. 4. An Doctoratus sit dignitas, n. eod. Non solum in Ecclesia Cathedrali, sed etiam in qualibet alia Conventuali habente sufficientes facultates, consti- tuatur à Prælato, cum Capitulo, vel majore & sanio- re ejus parte, Magister idoneus, qui gratis Clericos Ecclesiæ in Grammatica, & alios juxta posse insti- tuat. In Metropolitana verò Ecclesia constituendus est Theologus, qui Sacerdotes, & alios in S. Pagina doceat, & in his præsertim instruat, quæ ad curam a- nimarum pertinent. Cuilibet autem Magistrorum assignari debent à Capitulo proventus unius præ- bendæ, & pro Theologo tantundem, dum legit: non tamen